

NY. 59. 4.



בשש

יהוה שוכן בערפל

DEVM CALIGINIS
INCOLAM

EX

PHILOLOGIA ET ANTIQVITATE

SACRA

PIE MEDITATVR

ET

DISPV TATIONE PVBLICA

IN

AVDITORIO PAVLINO

D. I. OCTOBRIS A. M DCC XXIIIX.

PRAESIDE

D. IO. GOTTLOB CARPZOVIO

S. THEOL. EXTR. ET LINGVAE S. ORD. P. P.

AC AD AEDM THOM. ARCHIDIAC.

CONTEMPLANDVM PROPONIT

AVCTOR RESPONDENS

aq

M. CHRISTIANVS SIGISMVNDVS


Green.

LIPSIAE
LITERIS TITIANIS.



DEVM CALIGINIS
INCOLAM
PHILOSOPHIA ET ANTIQVITATE
S. T. C. R. A.
P. R. E. M. I. T. A. T. V. R.
ET
D. I. S. P. U. T. A. T. I. O. N. E. P. U. B. L. I. C. A.
I. N.
A. U. D. I. T. O. R. I. O. P. A. V. L. I. N. O.
D. D. O. C. T. O. R. I. S. M. M. D. C. C. X. X. I. I.
P. R. A. E. S. I. D. E.
D. J. O. G. O. T. T. L. O. R. C. A. R. P. Z. O. V. I. O.
S. T. H. E. O. L. E. X. T. R. E. T. I. N. G. V. E. S. O. R. D. P. P.
A. C. A. D. A. E. D. E. M. T. H. O. M. A. S. C. H. E. D. I. C.
C. O. N. S. T. E. M. P. E. N. D. I. U. M. T. R. O. N. O. N. T.
A. U. C. T. O. R. R. E. S. P. O. N. S. I. O. N. E. S.
M. C. H. R. I. S. T. I. A. N. V. S. S. I. S. M. A. N. D. Y. S.
G. I. T. T. I.
P. R. I. N. T. I. P. I. U. M.
L. I. P. S. I. A. E.





PROOEMIUM.



Quoties pristinum Israeliticae gentis forum intuemur: quoties innumera, et supra omnem humanae rationis captum posita, beneficia, quae Deus eidem exhibuit, curatius consideramus: quoties iura illa, quibus prae caeteris omnibus gaudia est populis, perlustramus: (a) Toties Diuinae misericordiae, sanctitatis, sapientiae, iustitiae, et clementiae magnitudinem extollendi atque mirandi vberissimam occasionem nanciscimur. Deus quippe omnes gentes posthabuit, solum Iudaeorum populum in peculium sibi ascium: *Deut. VII, 6. XXVI, 18. 19.* Esauum iusto persecutus odio, Iacobum contra paterno amore fuit amplexus: *Rom. IX, 13.* In gentes iram suam effudit: *Pf. LXXXIX, 6.* Iudaeis vero gratiae et misericordiae diuitias larga manu donauit, ut ad illos *ἡ υἰοθεσία, καὶ ἡ δόξα, καὶ αἱ διαθήκαι, καὶ ἡ νομοθεσία, καὶ ἡ λειτουργία, καὶ αἱ ἐπαγγελίαι, Rom. IX, 4.* pertinerent. Gentes manu fortissima expulit, malis affecit, et e terra sua eiecit, *Pf. XLIV, 3.* sed vitem suam ex Aegypto proficisci fecit, *Pf. XXX, 9.* eandemque ibi plantauit.

Horum, aliorumque quam plurimorum, beneficiorum caput, summam, et principium firimamur, MOSES iam dudum in

A 2

eo,

(a) Conf. HENR. HVLSII Comment. in Israelis praeferentias ac bona sub V.T.

eo, quod Deus inter Israelitas gratiose habitauerit, iisdem singulari modo propinquus fuerit, seque illis mirifice manifestauerit, collocauit. Hic enim vir Dei, ante obitum suum populo Iudaico omnia Dei beneficia in memoriam serio reuocaturus, eundemque ad perpetuum veri Dei cultum serio exhortaturus, palmarium inde argumentum, *Deut. IV, 7.* depromit:

כי מי-גוי גדול אשר-לו אלהים קרבים אליו כחתי
 Quae magna enim gens, cui Deus propinquus apud ipsam, sicut Iehouah noster in omnibus. Quae enim vnquam gens fuit, cui Deus vnquam tam propinquus fuerit, quam quidem Israeliticae? Nulla profecto. Hanc suam praesentiam voce variisque apparitionibus inter eam Iehouah declarauit. Locutus is est cum iis פנים בפנים a facie ad faciem in monte e medio ignis, *Deut. V, 4.* Ipse רברו מנן Annunciat verba sua Iacobo, statuta et iudicia sua Israeli גוי לכל לא עשה כן לכל גוי non facit sic ulli genti. *Pf. CXLVII, 19. 20.* Propinquus fuit, non immediate solum, sed etiam mediate per prophetas πολυμερῶς καὶ ποικιλοτρόπως, *Ebr. I, 1.* ad Iudaeos loquendo. Respondit ipsis per sortes, vt in Achane *Ios. VII, 14.* in Saule et Ionathane *1. Sam. XIV, 42.* in Apostolis *Act. I, 26.* fatis conspicimus. Reuelauit se per *Vrim et Thummim* e pectorali fummi sacerdotis. (b) Apparuit Prophetis suis במראה per visionem, בחלום per somnium, בחיריות per aenigmata, בתמורה per figuram, פה אל פה per allocutionem oralem, quarum praecipuas reuelationum species ipse Deus *Num. XII, 6. 7. 8.* consignari voluit. (c)

At vero non tantum voce sua et verbis, sed variis simul factis patrisque miraculis suam praesentiam Iehouah manifestauit. Si modo eorum, quae per viam ex Aegypto, per deserta inuiaeque loca, patrauit, miraculorum recordari licet, tot ac tanta se nobis offerunt, vt eorum multitudinem lingua nec elo-

(b) Exod. XXIIII, 30. conf. D. AVG. PFEIFFERI Dub. Vex. Cent. I, L. C. p. 241. Cent. II, L. LXXVIII, p. 380. Cent. III, L. XXIII. p. 476. BVXTORFF. fil. Exercit. III. p. 268. sqq.

(c) Conf. VEN. D. PRAESID. nostri Introduct. in Lib. Can. V. T. P. III. c. I. p. 34. sq. it. Crit. S. P. I. c. I. p. 38. sq. GLASSII Philol. L. I. tr. IV. scct. I. Can. I. p. m. 311.

DEVS CALIGINIS INCOLA.

qui, nec mens eorum magnitudinem satis mirari possit. Ipse Dauides eadem tanti momenti iudicauit, vt integris quibusdam Canticis *Pf. LXXIIIX. et CV.* eadem praedicaret.

Quo vero eo minus de Diuina praesentia dubitarent Israelitae, ipse עמוד ענן *columnam nubis* certissimum a deessentiae suae gratiosae symbolum constituit. *In hac nube* perpetuo habitauit, gentemque suam interdum in itinere anteiuuit et comitatus est. *Exod. XIII, 21.* *Enube* Angelus Domini hostes profligauit. *Exod. XIV, 19. sqq.* *In nube* cum Mose ad tentorium collocutus est Iehouah. *Exod. XXXIII, 9. Num. XI, 25.* *In nube* descendit in montem Sinai. *Exod. XXIV, 16. XXXIV, 5.* *In nube* super arcam foederis requieuit. *Leu. XVI, 2.*

Haec ipsa cum ערפל *caligo* illa sit, in qua sanctissimus Deus habitasse aliquoties dicatur, nunquam sine sancta mente debitaque attentione eandem considerare, piaque admiratione celebrare merito tenemur. Nobis certe nunquam non haec caliginosa Dei habitatio illis miraculis annumeranda visa fuit, quae posteri et omnes gentes plenis buccis extollere a Dauide *Psal. XCVI, 1. 2.* iubentur. Cum itaque indulgentissimi parentis nostri iussu, hic quoque *Lipsiae*, aequae vt ante aliquot annos *Witebergae, (d)* nouum aliquod diligentiae specimen Patronis exhibendum, temporisque, in Academia impensi, ratio sit reddenda, rei dignitate ac utilitate moti, יהוה שוכן בערפל *Deum caliginis incolam*, pro ingenii viriumque nostrarum modulo, considerandum nobis sumemus.

Antequam vero rem ipsam aggrediamur, hunc ipsum *Caliginis incolam* supplici voce inuocamus, vt luce sua mentem nostram illuminare, spiritu suo tenebras discutere, suoque verbo, quod semper נר גדולי ואור לנתיבותי *lucerna pedi et lux semitae* fuit nostrae, *Pf. CXIX, 105.* nunc quoque in omnem veritatem nos ducere dignetur. Faxit Iehouah, vt in omnibus viis nostris verbo eius, ὁς λέγει φέροντι, *2. Petr. I, 19.* attendere, in luce coram Deo sincere ambulare, omnes errorum tenebras per

A 3

omnem

(d) in Disp. de ὑποσημασμένοις Christi pius in passione relicto ex 1. Pet. II, 21.

omnem vitam euitare, τὰ ἔργα τῶ σκότους simul deponere, τὰ ὄπλα τῆ Φωτὸς magis magisque induere, Rom. XIII, 12. omni nisu contendamus, pergamus, allaboremus!

TRACTATIO.

Accessus ad
Tractationem.

§. I. Nunc itaque, bono cum Deo, rem ipsam aggressuri, et paulo penitius, ea tamen, qua fieri poterit, breuitate, יהוה שוכן בערפל Deum caliginis incolam consideraturi, haud immerito ad sapientissimi Regis, Salomonis, effatum conuertimur. Hic enim clarissimis verbis, coram toto populo Iudaico, haec disserit: 1. Reg. VIII, 12. יהוה אמר לשכן בערפל Iehouah dixit se habitaturum esse in caligine.

ocasso verbo-
rum: 1. Reg.
VIII, 12.

§. II. Recordatus erat Deus clementissimus suae promissionis, et suum verbum stabiliuerat, quod locutus est Dauidi, de aedificanda Nomini Iehouae aede cogitanti: Tu non aedificabis domum, sed filius Tuus, extiturus e lumbis tuis, aedificabit nomini meo domum. 2 Sam. VII, 12. 13. Hic enim Dauidis filius, Salomo, Diuinae promissionis paternique mandati bene memor, omnes sapientiae suae thesauros, omnes diuitiarum copias, omnem auri argentique vim, non solum augendae principum, quos a latere habuit, eminentiae, aulae suae magnificentiae, et Regii palatii splendori, sed maxime extruendae et exornandae, Deo vero dicatae, aedi summo studio impendere voluit. Quod quidem institutum tanta cum cura executus est, vt neque magnificentius aliud post se reliquerit monumentum templo Hierosolymitano, quod et stupenda mole, et incomparabili structura, et immensa auri argentique, quo coruscebat, vi, in orbis miracula, eorumque Principem fere locum, meruit referri, innumeris doctorum hominum elogiis decantatum, vt Ven. D. PRAESES noster loquitur. (a) Hu-
ius

(a) in Introduct. ad Libb. Bibl. V. T. P. H. c. IV. p. 165. ibidem excitat Iac. Iebud. Leonem de Templo Hierosol. Io. Lundium, im Jüd. Heiligth. L. II. f. 227. sq. Casp. Calwör in Ritual. Ecl. P. II. c. 2. p. 27. Tb. Crenium Fasc. VI. et VII. opuscul. add. D. Sam. Reyber. Mattheus Mos. p. 623. M. Mich. Christ. Ludouici de Templo Salomonis ad 1. Reg. VI, 1. 2.

ius aedis fundamenta postquam anno quarto Imperii sui 1. Reg. VI, 1. in monte Morijah 2. Chron. III, 1. Salomo iecerat, per integros septem annos extruendum, parandum, ornandum, perficiendum hoc aedificium continuauit, donec anno vndecimo Imperii sui vltimam adjiceret operi manum, penitus stupendum hoc palatium absolueret, perfectumque relinqueret. Cum itaque nihil restare videretur, quam, vt sollemniori ritu domus haec Diuino cultui dedicaretur, Ciues suos hunc in finem Hierosolymam congregauit. Quo vero in hac templi initiatione ordine omnia agerentur, ante omnia arcam foederis, adhuc in vrbe Dauidis in medio tentorii, a Dauide ipsi parati, 2. Sam. VI, 12. 1. Paral. XVI, 1. asseruatam, in templum, eiusque sanctum sanctorum, apportari bene curauit. Ad sedem ergo suam, inter sacrificia, tripudia, sonorasque voces, (b) arca delata, ענן מלא את הבית יהוה *nubes domum Domini impleuit*, ita, vt sacerdotes propter nubem stare non possint, כי מלא כבוד יהוה את בית יהוה quia *gloria Iehouae domum impleuerat*. Orta inde in animis Israelitarum admiratione, stupore, terrore, confusione, omnem ipsis scrupulum eximens Salomo, nec insolens aut inauditum aliquid inter Israelitas esse, vt nubes aliqua inter eos conspiciatur, demonstrat. Deum enim gratiosam praesentiam suam nube declaraturum esse, ex ipsa eius promissione euincit, quandoquidem dixerit Iehouah לשכן בערפל se *in caligine habitaturum esse*.

§. III. Haec itaque verba consideraturi, ante omnia de ערפל *nubem nobis dispiciendum est, et expendendum, quae aut qualis cali- esse, in qua go hac ipsa voce indicetur. Nos, vt paucis nos expediamus, Deus olim habitauit, probatur: ערפל, cuius incola Deus dicitur, de columna nubis, qua olim Deus Israelitas ex Aegypto in terram sanctam ducturus, in monte Sinai, super tentorium et operculum arcae foederis praesentiam suam demonstrauit, explicari posse non sine causa iudicamus. Virgemus enim:*

i.) Hanc

(b) Vtrum in arcae deportatione in templum aut Hierosolymam ex aedibus Obed - Edom Psalmus XXIV, an XLVII. decantatus fuerit, tangit BVX-TORFF. Exercit. de Hist. Arc. Foed. c. I. p. 5. 15. 17. Io. Lorinus in Comment. in Psalmos T. I. f. 333. sq.

1.) ex aliis lo-
cis V. T.

1.) Hanc vocem ערפל in aliquibus locis V. T. pro illa ipsa nube adhiberi. Iuvat hic ad solennem illam, e monte Sinai factam, legis promulgationem respexisse. Ibi enim Iehouah in ענן nube apparuisse diserte *Exod. XIX, 9. 16.* asseritur. Hanc autem ענן eandem nubem, qua alias habitauit Deus, non solum ipsa vox ענן, de eadem nube ante adhibita, et scripturae S. silentium, quae Deum praeter illam, quam semper adhibuit nubem, aliam ibidem exhibuisse non commemorat; sed etiam doctissimorum, rei veritatem studiose inuestigantium, virorum luculenta testimonia, (c) ac aliae rei circumstantiae clarius euincunt. Cum vero Mosen in eandem nubem intrasse scriptura S. referre velit, his verbis exprimit, *Exod. XX, 13.* ומשה נגש הערפל ואת שם האריות et accessit Moses in caliginem, in qua Deus erat. Quo eo maiorem asserto nostro fidem faciamus, probe notandum est infra *Exod. XXIV, 13.* Mosen בתוך הענן in medium nubis iuisse affirmari. Hinc ערפל eandem ענן nubem denfam, in qua Deus in montem descendit *Exod. XIX, 9. 16.* ex qua Mosen vocauit, *Exod. XXIV, 16.* fuisse, non male colligimus. Accedit, quod ענן cum ערפל *Deut. IV, 11. V, 19.* a Mose coniungatur, atque adeo vnum per alterum egregie explicetur. Nec enim putandum esse iudicamus, hic vnum alteri opponi et ערפל ab ענן distingui et separari, neutiquam. Deus enim in vtraque legis publicatione in ענן in montem descendit, quae tamen nubes vsque adeo densis tenebris obscurata fuit, vt haec ipsa nubes recte ערפל simul diceretur. Quae quidem interpretatio eo minus absurda aut nimis longe petita censenda, quando quidem Dauides *Pf. XVIII, 10.* nubes, quas Deus inhabitauit, ערפל appellet, de quo loco infra commodior dicendi occasio erit. Optime LVNDIVS rem explicat, qui *Philonem*, nubem hanc candidam et lucidam asserentem, cum *Buxtorffio Fil.*, eandem pro caliginosa et tenebricosa venditante, conciliaturus, vtrumque recte simul de eadem nube, diuerso tamen respectu, dici posse contendit. Bene thesin suam exemplo a nube, tempore tempestatum tonitruumque orta, illustrat, quae ex vna parte

(c) conf. LVNDIVS l. c. L. I. c. XI. f. 45.

parte sole illustrata lucida, ex altera vero parte valde obscurata nobis sistitur. Hoc euicto subiicit: Wenn GOTT was sonderliches mit dem Volcke vorgehabt, daß er bey Tage das Feuer in der Wolcken, als seine Herrlichkeit, hat wollen blicken lassen, daß alsdenn die sonst ganz lichte Wolcke ganz dunkel geworden, damit dem Volcke ein Schrecken eingejagt, und die Herrlichkeit des Herrn, das Feuer in der Wolcken, desto eigentlicher und schrecklicher gesehen würde, wie man *Exod. XIX, 16. sq. XX, 21. Deut. IV, 11. V, 22.* siehet; da wird eben von der Wolcke gesagt, daß sie sehr dunkel und schrecklich anzusehen gewesen sey, wie Finsterniß und Dunkel, eben wie er auf die Egypter im rothen Meer donnerte und blitzte, *Exod. XIV, 24. Ps. LXXVII, 18. 19.* und NB. auf diese dunkle Wolcke siehet Salomo *1. Reg. VIII, 12. (d)* Ex his ergo satis cognoscimus ערפל commodissime non solum posse, imo vero debere de nube illa, in qua Dei gloriam alias habitasse nouimus, accipi et explicari. Quae quidem interpretatio eo propius menti loquentis Salomonis accedere videtur, quandoquidem ex ipsius textus nostri visceribus hoc:

II.) Satis validum depromere possumus argumentum, si II.) עין per attendimus, eundem Salomonem ערפל per עין ita interpretari, vt ערפל expli- haec vox illius Synonymum aestimetur. Nam v. to. legitur, catur. quod העין domum Domini impleuerit, hanc cum videret, respondit Rex, hanc Dei ordinariam esse habitationem, quia Deus dixerit, se velle in ערפל habitare. Nunc itaque, si ad Diuinum illud verbum, quo se in caligine habitaturum esse promiserat, attendimus, non aliam, praeter nubem illam, in qua alias habitauit, fuisse edocemur. Dederat Deus Israelitis praesentiae suae symbolum columnam nubis, qua illos ita in terram sanctam duxerat, vt, quoties quiesceret populus, nubes tentorium, quod Moses erigi curauerat, obtegeret. *Exod. XL, 34.* In tentorio arca foederis asseruabatur cum propitiatorio, quod supremi Iehouae scabellum rectissime nominabatur. Statim enim, cum arcam fieri iuberet Deus, promisit, se illic Mosen conuenire et

B

cum

(d) l. c. L. I. c. X. f. 37. §. 3.

cum eo loqui velle ex propitiatorio inter duos cherubim אשר
 על ארון העדות quod est super arcam testimonii. Exod. XXV, 22.
 Ibi vero fuit in nube, quia Mosi dixerat, Aaroni non omni tem-
 pore in sanctum intra velum intrare licere ante propitiatorium,
 quod supra arcam, ne moreretur, על הכפרת כי בענן אראה על
 quia in nube apparebo super propitiatorium. Leuit. XVI, 2. Cum
 vero huiusmodi praesentiae Diuinae, inter Israelitas versantis,
 eidentissima et continua fuerit velut sedes, et thronus arca
 foederis, fieri non potuit, quin haec ipsa nubes, simul cum arca,
 in templum migraret, eandem sequeretur, et templum impleret.
 In hunc sensum BVXTORFFIVS Fil. verba v. 10. II. trahit, sic,
 inquit, postquam Salomon templum et domicilium Dei stabile
 aedificasset, et in illud per sacerdotes arcam intulisset, dicitur: nu-
 bes repleuit Domum Domini. (e) Quae quidem sententia exin-
 de magis corroboratur, quod in eadem nube כבוד יתרה gloria
 Iehouae, aequae ac in nubis columna, Exod. XVI, 10. habitasse dicitur.
 Consuetientem praeterea HADR. RELANDVM addu-
 cere iuuat, haec loquentem: supra arcam et alas Cherubinorum
 erat illustre praesentiae Diuinae symbolum, columna nubis, quae
 absoluto tabernaculo locum illum sanctissimum inhabitauit, Leuit.
 XVI, 2. et ibidem conspicua adhuc fuit tempore Samuelis, Ps. XCIX,
 7. et postea in templo primo, non vero in secundo, quod arca foede-
 ris caruit. conf. Ezech. X, 3. XI, 22. (f) Hanc nubem cum Sa-
 lomo templum impleuisse videret, hanc esse illam ערפל, quam
 Deus perpetuam et ordinariam habitationem suam se adhibitu-
 rum promiserit, affirmat. Inde clarum et perspicuum omnino
 esse iudicamus, per ערפל columnam illam nubis intelligi debe-
 re. Cui corroborandae sententiae et illud:

III.) ex Diu.
 promissione.

III.) Accedit, quod Salomo ex Diuina promissione: יתרה
 אשר demonstrat, Deum in caligine habitare. Dum vero verba
 illa, quibus Iehouah, se caliginis incolam extitutum, promisit,
 euoluimus, vel ex ante dictis patebit, de nube, olim inter Israe-
 litas

(e) in Exercit. I. de Arc. foed. cap. X. p. 109. add. D. lo. Bened. Carpzonii Diss.
 de Arc. foed. p. 7. et 22. sq.

(f) Antiq. S. Ebr. P. I. c. V. §. XXVII. p. m. 48. add. Lundius l. c. f. 57.

litas conspicua, sermonem esse. Bina potissimum se nobis offerunt loca, quae Diuinum verbum, de habitatione eius in caligine, declarant. Prius assertum *Exod. XIX, 9.* exhibetur, vbi Iehouah Mosi indicat se in **הענן בעב** *in densitate nubis* descensurum ac audiente populo cum illo collocaturum esse. Erat illa densa nubes, in qua Deus apparebat in monte Sinai, quae, vt supra demonstrauius, **ערפל** appellatur. Posterior locus nobis sifitur, *Leu. XVI, 2.* quo Deus, se **בענן** *in nube* super propitiatorio appariturum esse, Mosi dixit. Huc prouocat, autoritate libri Siphre, RASCHI Comment. ad h. l. inquit: **והיכן אמר כספרר כר שגוייה כר הכפורת כר בענן אראה הכפורת כר** *sed vbinam dixit* (istud Deus, ad quod h. l. prouocat Salomo? Resp. *Leu. XVI, 2.* vbi dixerit inquit) *nam in nube appareo super propitiatorium. Ita quidem docetur in Siphre.* Super propitiatorio vero eandem nubem, pro qua nos pugnamus, visam fuisse, in eo ad vnum ferre omnes antiquitatum gentis Ebraeae inuestigatores, grauissimis moti causis, consentiunt. Cum itaque Deus se in **ענן**, Salomo vero eundem in **ערפל** habitaturum esse, dixerit, hanc caliginem cum illa nube vnā eandemque fuisse discimus. Nec tandem illud:

IV.) Praetereundum esse censemus, quod **ה** emphaticum *IV.) ex praefi-* **עב** praefixum fuisse, puncta nos edoceant. Haec enim **ה** *emphati-* litera, **ה היריעה ה** *cognitionis s. notitiae ה* ab Ebraeis dicta, rem co. notatu dignam iamque notam indicare solet. Dum enim **ה** significatum intendit, et indicat, *hanc ipsam eandemque* caliginem esse, sine dubio ad antecedentem **ענן** et ad **יהוה** *כבר*, quae templum impleuit, v. 10. 11. remittitur, et hanc ipsam caliginem, in qua Deus habitare voluit, illam nubem fuisse, quae pari modo **ה** illo emphatico v. 10. notabatur, edocemur.

§. IV. Considerata nunc **ערפל** ad habitationis huius *Incola huius* *caliginis est* **למ** descendendum esse intelligimus. Hic vero est Deus verus, vnus in essentia et trinus in personis, quem Salomo nomine tetragrammato: **יהוה** indicauit. *Nomen illud, etiam ex sententia Ebraeorum, soli Deo proprium est, et creaturis incommunicabile, vnde quidam putant, vocatum esse* **שם המפורש** *b. e.* **שם**

מִיכָרְל nomen separatum, nulli, nisi Deo, conueniens et attributum: reliqua Dei nomina, ab operibus eius desumpta, communicari aliquando cum creaturis; hoc vero desumptum a Dei essentia, eiusque rationem Diuine plane exprimens, nulla ratione communicari, vt BVXTORFFIUS, prouocans in hunc finem ad MAIMONID. Doctor. Perplexor. (g) testatur. (h) Hac itaque voce יְהוָה ille Deus indicatur, cuius gloria templum impleuerat, 1. Reg. VIII, 11. cuius nomini hoc templum sacrum erat, qui in eodem habitare volebat v. 13. cui preces supplices offerebantur, v. 22. qui preces vocantium exaudire, v. 30. iisdemque auxilio adesse volebat, v. 32. qui nec in coelo superiorem, aut in terra inferiorem, alium Deum, aut aequalem agnoscit, v. 23. et solus est verax et misericors v. 23. quemque prolixius Salomo l. c. et 2. Par. V. et VI. describit. Est יְהוָה caliginis incola, qui Israelitas interdum in nube praecessit, Exod. XIII, 21. ex eadem respexit, et Aegyptiis terrorem incussit, Exod. XIV, 24. iuxta cuius sermonem (quem in, per, et ex columna nubis indicarat Exod. XL, 36.) profecti et castra metati sunt Israelitae, Num. IX, 18. quem Moses, arca proficiscente, alloquitur: קִימָה יְהוָה surgat Iebouab, Num. X, 35. coll. Pf. CXXXII, 8. (i)

terminatiue
Messias.

§ V. Licet vero in eo Christianorum et Iudaeorum Doctores, si non omnes, certe plurimi amice conspirent; magna tamen controuersia orta fuit circa motam quaestionem, quae Deitatis persona singulariter et terminatiue sub hoc symbolo fuerit? Nos, vt aliorum sententiis non immoremur, cum BVXTORFFIO (k) CALVOERIO (l) FRIDERICI (m) aliisque innumeris, gloriosum seruatorem nostrum, Iesum Christum caliginis

(g) P. I. cap. LXI.

(h) Exercit. de Arc. foed. c. I. p. 6. qui copiose alias de hoc nomine commentatus est, et, quicquid ad illius discussionem facit, sollicitè congescit, Dissertat. V. quae est de Nominibus Dei Ebraicis §. 6-35.

(i) conf. M. Val. Friderici diss. de Columna Ignis ac Nubis c. I. §. 3.

(k) l. c. c. XIV. p. 125. sq.

(l) in Gloria Moysi Diss. l. c. I. §. 10. p. 24. sq.

(m) l. c. cap. I. §. 5.

liginis huius incolam fuisse affirmamus. Vrgemus ante omnia cum BVXTORFFIO, effatum *D. Pauli. Cor. X, 2. 4. et v. 9.* quo Israëlitae Christum tentasse dicuntur. Respicit *Paulus* ad res gestas *Num. XXI, 4. sq.* consignatas. Ibi locuti sunt contra *Deum* et *Mosē*, tanquam eos, qui ipsos ex Aegypto eduxerant in desertum, ut ibi morerentur. Hoc refertur *l. c.* ad *Christum*, ex quo patet, *Christum* illum ipsum fuisse, qui eos ex Aegypto eduxerit, Deus vero, qui id praestiterat, in columna nubis eos eduxit. *Exod. XIII, 21.* Postea nouum inde argumentum deprimimus, quod *Exod. XIV, 19.* Angelus Dei, et *Exod. XIII, 21.* ipse Deus in nube illos antecessisse dicitur, unde patet, angelum fuisse illum magnum foederis angelum, *Mal. III, 1.* Angelum faciei *Esā. LXIII, 9.* imo ipsam faciem Dei. *Exod. XXXIII, 14. sq.* Quid autem opus est prolixiore demonstratione, cum id dudum prolixius et solidius, cum viris ante excitatis, *Ven. D. SAL. DEY-LINGIVS, (n) LVNDIVS, (o)* et vel sexcenti alii, *(p)* inuictis plane rationibus probatum dederint.

§. VI. Tempori potius inferuientes, de *actu et modo inhabi-* *Actus et mo-*
bitandi *יְהוָה* mentem nostram paucis exponamus. Sapienter *us inhabitan-*
omnino Salomo quaerit: *Numne Deus habitabit super terram?* *די יְהוָה.*
En coeli et coeli coelorum non comprehendunt Te, Iehouah. 1. Reg.
VIII, 27. Deo nimirum, cum is infinita sua essentia coelum et
terram impleat, *Pf. CXXXIX,* non potest proprie habitatio quae-
dam certa, definita, et limitibus circumscripta assignari. In-
terim tamen scriptura sacra Deum ibi habitasse innuit, ubi pec-
uliari modo praesentiam suam gratiosam miracula patrando,
suos defendendo, ex aerumnis eripiendo, solatio erigendo, ad
Prophetas, si minus facie ad faciem, ut ad Mosē, aliis tamen
modis, *πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως* loquendo, manifestare solet.

B 3

Habi-

(n) in progr. de Angelo Israelitarum per desertum ductore ed. a. 1722. *it.* in
Obernatt. S. P. I. obf. XXX. p. 140. sq.

(o) *l. c. l. c. X. §. 15. f. 40. sq.*

(p) In quibus prae caeteris vid. *Io. Jac. Cramerii* Theologiae Israelis P. II. Dif-
fert. I. in *Exod. XXIII, 20-23.* et *Dissert. II.* in *Exod. XXXIII, 1-6. 12. fin.* et
C. XXXIV, 5-10. p. 247. sq.

Habitare dicitur Deus in excelsis, in Zione et ecclesia, in contritis cordibus Pf. LXXIX, 17. CXXXII, 13, 14. CXXXV, 21. Esa. LVII, 19. Ezech. XXXVI, 27. Iob. XIV, 23. 2 Cor. VI, 16. quo praesentis Dei gratiosa manifestatio, actio, defensio, illuminatio, consolatio, saluatio etc. intelligitur. Cum nubes gloriae repletet templum, dicebat Salomo : 1 Reg. VIII, 12. Dominus dixit, se habitare in caligine, h. e. hoc signo testatur, se praesentem esse, vt praeclare GLASSIVS scribit. (q) Sicut ille, qui in domo aliqua habitat, eandem erigit, curat, a ruinis praeseruat, defendit: ita Deus, cum Israelitas in peculium sibi alciuisset, eosdem defendebat, gratia sua speciali dignabatur, saluos vbique et incolumes praestabat. Hinc inter eos שכינה habitationem suam habere cum ipse promisit, Ex. XXXIX, 45. tum opere satis ipse testatum fecit. Quod vero ad hanc שכינה huiusque materiam attinet, multa de eadem Iudaeorum doctores rhetoricari solent. Sunt, qui Deum nubem quandam, ad suam gloriam, primo creationis die condidisse asserunt, hanc tamen turbidam fuisse atque crassam, vt adeo de illa scriptura S. testetur, tenebras super abyssi faciem fuisse. Post e vestigio eodem die lucem creasse, quae gloria Dei dicatur. Ambo illa statim facta fuisse, vt inferuissent ad faciendum diem et noctem, luce quippe apparente factum esse diem, stante nube illa densa et tenebricosa circa eam, et lucem abscondente, factam esse noctem. Hanc lucem ideo Deum creasse, vt vsus eius esset in diebus creationis, donec crearentur luminaria, postea vero absconditam fuisse et obsignatam lucem illam, vt ea Deus vteretur tempore necessitatis erga amicos suos, quia viderit, non decere, vt ea vtantur impii. Hanc itaque שכינה causatum illud primo a Deo emanans, eximias illos viros, scil. sapientes Iudaeorum, vocasse, Abarbenel ait. Ipse vero non vult nubes istas gloriosas et ignes visibiles, in quibus Deus apparuit fuisse illud emanatum a Deo primum, sed aliquid ab eo derivatum et emanans, vt BVXTORFFIVS obseruauit. (r) Alii aliter locuti, sibi metipsis misere contradicunt, lepidas fabulas ex ingenio de שכינה cudent,

(q) in Philolog. S. L.V. Tr. I. c. VII. p. 1589. sq.

(r) l. c. p. 114. sq. vbi prolixius rem prosequitur.

dunt, ut adeo in re seria ludere, et, quid ipsi saepius voluerint, ignorare videantur. Nec etiam temporis aut instituti nostri ratio permittit, ut in praesentiarum nobili illi controuersiae, inter CEL. HARDTIUM et CALVOERIVM, circa materiam huius nubis et caliginis, quae Dei שכנה dicitur, agitatae, nos immittamus. (s) Hoc simplicissimum esse cum BVXTORFIO existimamus, ut dicamus, nubis et ignis illius שכנה materiam ex nihilo tum a Deo, pro sua omnipotentia, pro illa hora et ad certum tempus fuisse miraculose et extraordinarie creata et producta, et, quam diu ipsi libuit, illis pro signis et symbolis gloriosis gratiosae suae praesentiae vi, conseruata, postmodum iterum procul dubio in nihilum redacta: neque necesse est, ut ultra haec de illis inquiramus, quia scriptura non plus de iis nobis reuelauit: Extra hanc sapere velle, est periculosum et temerarium. (t) Nobis sufficit, quod, teste scriptura S., Diuina שכנה nubes illa fuerit, quae tabernaculum et templum impleuit, postquam sacerdotes arcam eidem intulerant. Vnde non solum tentorium vel sexcentis in locis נאר עֲרָבָה משכן, sed etiam templum, in monte Morijah hunc in finem extructum esse, ipse Salomo 1. Reg. VIII, 13. 2. Paral. VI, 2. testatur, ut Deus ibi habitet. Ita, obseruante iterum GLASSIO, quando Exod. XXIX, 45. dicit Deus שכנתו ברוך ישראל habitatio in medio filiorum Israel, Chaldaeus vertit: Et collocabo שכנתי praesentiam s. maiestatem meam in medio filiorum Israel. 1. Reg. VIII, 12. Dominus dixit: se habitare in caligine. Chald. Iehouae bene placitum est collocare שכנתיה praesentiam s. maiestatis apparitionem in Ierusalem. (u) Dei quoque שכנה perpetuo in templo Hierosolymitano conspicuam fuisse, quam diu arca foederis ibi habitauit, sublata vero arca, hanc quoque שכנה cessasse, omnes fere Iudaei pariter, ac Cristiani, vno quasi ore affirmant. Secundum enim templum, auspiciis Zorobabelis,

(s) v. Hardtii Ephemerid. Philol. Disc. V. p. 86. sq. it. Ephemerid. Illustr. p. 93. sq. hunc refutauit Cel. Caluoc in Gloria Mosis, Diss. I. cum quo faciunt Io. Iac. Cræmerus in Theol. Israel. P. II. c. V. §. VII. p. 60. Io. Marekian in Exercit. Bibl. Diss. VIII. §. XV. Christ. Mundenius in Comment. de Columna Nubis et Ignis. (t) l. c. de Arc. foed. c. XI. p. 115. (u) l. c. p. 1590.

belis, a Iudaeis, ex captiuitate Babylonica reuerfis, conditum, his quinque: Arca foederis, Igne coelesti, Vrim et Thummim, Oleo sacro, et שכינה caruisse, inter omnes constat. (w) Licet vero his destituito templo secundo non exigua pristini splendoris pars decessisse videatur, nihilominus ex vaticinio *Haggaei* Cap. II, 9. גִּדְלוּ יְהוָה יִתְרוֹ כְּכֹדֶד הַבַּיִת הַזֶּה הָאֲחֵרִים מִן הָרִאשִׁון gloria templi huius secundi maior dicenda erat, quam prioris, si in eodem antitypum huius שכינה, imo, ipsum huius incolam, humana vestitum natura, nempe *Iesum Christum*, apparuisse perpendimus. (x) Hic enim fuit vera arca et ἱλασθῆσον, *Ebr. IV, 16.* (y) ἐν εὐστῶ κατακεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος, non in nubibus, ceremoniis, umbris, velut inter Cherubinos, sed vere, essentialiter et σωματικῶς, *Col. II, 9.* super hunc Spiritus S. habitauit. *Esa. XI, 1. LXI, 1.* Hic suam שכינה ita habuit inter homines, vt Iohannes de illo praedicet: ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, *Ioh. I, 14.* In hoc itaque fuit vera σκηνή et שכינה, quam illa in priori templo repraesentauit, qua Christus ad templum suum venit, *Mal. III, 1. Luc. II, 22. Marc. XIV, 49.* et in carne gratiose se manifestauit, *1. Tim. III, 16.* (z)

Pf. XIII, 10. § VII. Ex his itaque dictis satis clare ac perspicue patere existimamus, Deum caliginis incolam recte salutari. Dixit id non solum Salomo, sed dudum pater eius, *Dauides*, Diuino agitatus veritatis spiritu, testimonio suo comprobauit. Hunc enim amice cum eodem conspirare discimus, dum *Psalmum XIII, 10.* euoluimus, et *Dauidem*, haec de Deo fatentem, percipimus: וְיָרִיב יְהוָה תַּחַת רַגְלֵי בַּסִּילִיבִים de psalmorum libro dixerit: Ἐν τῶνθ' ἐν θεολογία τελείᾳ, hic reconditus est perfectae Theologiae thesaurus, (a) quandoquidem vniuersam omnino doctrinam coelestem tradit, adeo quidem copiose, vt nihil eorum, quae credenda, facienda, et speranda

(w) vid. *Relandi Antiq. Ebr. P. I. C. VIII. p. 79. Drusii* obseruat. L. XV. cap. XVI. f. 147. (x) v. *Ven. D. Deylingii* obseruat. S. P. III. obs. XXI. (y) v. *Deyling. l. c. P. II. obs. XLI. it. P. III. obs. XLVI.* (z) v. *Frischmuth. de Gloria templi secundi. Goodwin. Mos. et Aar. L. II. c. I. §. XXIV. p. m. obs. 173. Lundius, l. c. L. I. c. XIV. §. 7. f. 66. fq. (a) Homil. in Pl. I. T. I. p. 109.*

da in toto codice traduntur, reliquum faciat, vt grauiter admō- dum VEN. D. PRAESES noster loquitur; (b) hic quoq; Psalmus de Diuina maiestate, potentia, sapientia, iustitia, misericordia, de hominis statu miseriae et gratiae, aliisque doctrinae coelestis capitibus, solidissime nos instruit. In eo nunc est Dauides, vt Deo pro exhibitis sibi beneficiis, et ereptione ex omni totius vitae periculo, gratias decentes agat, et Diuinam clementiam pia mente laetoque ore celebret. Multi quidem, quod non ignoramus, cum *Augustino* hunc Psalmum de Christo, et quidem resurgente, ducti in primis Apostoli ad Christum applicatione, *Rom. XV, p. Ebr. II, 13.* interpretari solent. Postquam vero huius Psalmi titulus et conclusio v. 51. Dauidem de propriis suis calamitatibus locutum esse declarent, et auctor huius Cantici v. 22. sqq. studium et progressum pietatis promittat, quae quidem in Christum non quadrant, quippe qui, propter inhaerentem *αὐτοματὴν ἠρώων*, quotidianis pietatis incrementis opus non habebat, malumus cum aliis hunc Psalmum *πρώτος*, et secundum sensum literalem, non de Christo, sed de Dauide interpretari. De caetero sensu mystico et typico ad Christum hunc Psalmum aliquo modo commode applicari posse, et multa de Christo et Ecclesia, mystico eius corpore, eodem contineri, non negamus. Certum enim est, Dauidem, etiam in calamitatibus, et ex iisdem liberatione, Christi typum praebere. Recte adeo GESNERVS ad hunc Psalmum scribit: *Dauidis res ita comparatae sunt, vt nusquam fere solae, sed semper cum Christi rebus et officio iunctae ac permixtae inueniantur, eo, quod Dauides Christi typum gerit.* (c) Condidit Dauides hoc *ἐπιπλήθυνον ἐν χυδαῖς καὶ ποταμοῖς* finito cum hostibus proelio, et decurso fere fidei vitaeque stadio, quod historia 2. *Sam. XXII.* demonstrat: idque hoc ordine, vt primum calamitates, quas expertus est, postea vero Dei auxilium validissimum describeret. Hoc Iehouae auxilium, quo eo magis extolleret, magno verborum pondere, selectisque sermonis emphasisibus, *וַיִּרְרָא* cum coelorum fragore, et tremendo terrae motu,

(b) in *Introduct. ad Libb. V. T. P. II. c. III. §. VII. p. 113.*

(c) in *Comment. ad Psalmos Dauid. f. 164. ed. Wit. 1609.*

tu, orta tempestate tristissima, auditis tonitribus, emilloque fulgure, aduentantem sistit. Huic graui, et maiestati Diuinae conuenienti, descriptioni densissimae sub pedibus eius caliginis v. 10. mentionem iniecit: *וערפל תחת רגליו* et caligo sub pedibus eius fuit. (Ante omnia quaestio mouetur: An reuera Deus in eiusmodi caligine Dauidi, contra hostes pugnaturus, visibili specie adstiterit, hac sua caligine, tanquam praesentiae suae symbolo, terrorem hostibus incusserit, atque hoc modo eosdem in fugam coniecisset? Inter alios praecipue SAL. GESNERVM, ad hanc quaestionem affirmando respondentem, habemus, *Tametsi, iniquentem, in historia Dauidis non recitatur eius modi liberatio, facta per fulmina et tempestates, id tamen non satis est causae, quod id factum esse negare velimus: praesertim cum 2. Sam. XXI. quod immediate hunc Psalmum antecedit, quatuor commemorentur acerrima proelia, cum Philistinis commissa, quae breuissime saltem recitantur, modo et ratione reportatae victoriae non satis expressa. Ac cum ipsa historia commemoret, Dauidem iam senio confectum, viribus debilitatis, impari fuisse insolitae magnitudini et robori gigantum Palestimorum, dubium non est, quin isti gigantes Raphaelae Diuina potentia sint confusi.* (d) At vero dubium omnino poterat esse de tempestatibus ortis, emissis fulminibus, et apparitione Dei in caligine, praesentiae suae symbolo, ad suppressendos hostes, si consideretur, nullam huius miraculi vnquam mentionem fieri, nec volam aut vestigium in omnibus bellorum et victoriarum recensionibus apparere. Cum enim alias, quoties praeter ordinem per miracula hostes fuerunt victi, distincte ac perspicue singula consignari voluerit Deus, credibile vix esse potest, omnia haec, notatu dignissima, silentio fuisse occultata et plane ommissa, si re vera ita gesta et peracta essent. Ut adeo satis causae id nobis videatur, quare ita factum esse, si non simpliciter negemus, saltem adhuc dubitemus. Interim tamen non negamus, saepius Dauidem a Deo robore fuisse armatum, Deum eidem singulari modo vt: 2. Sam. V, 24. 25. etc. gratia sua affuisse, hostes eius gigantes

per

(d) L. c. f. 163.

per Dauidem, eiusque debiles et exiguos milites, vicisse, atque hoc ipso magnum et admirandum potentiae suae exemplum Deum dedisse, hoc utique lubentes concedimus. Quod vero Deus tonitribus Philistaeos, ut olim tempore Samuelis, *1. Sam. VII, 10.* vicerit, et immediate in caligine, ut olim contra Aegyptios, *Exod. XIV, 20. 24.* pugnaverit, tacente scriptura S. et nos affirmare religioni ducimus. Senio confectum Dauidem cum Philistinis pugnavisse verum est, at, quemadmodum Dauides, cum נער, adolescens debilis, adhuc esset, Goliathum vicit, *1. Sam. XVII, 33. 49.* quid obstat, quominus eidem Deus mediate per manus suosque milites, nec immediate in caligine adstans, atque fulgura et tonitrua in hostes vibrans, Philistaeos subiugauerit? Nihil etiam inde gloriae et Maiestati Divinae decedere metuendum est. Optime locum huius Psalmi nostrum explicari posse confidimus, si, cum eodem GESNERO, Dauidem *v. 10.* retro ad historiam liberationis ex Aegypto, *Exod. XIV, 24.* quo beneficio ecclesia omnium temporum sese consolari contineuerit, respexisse, contendamus. Illud praeterea huic observationi adiacere liceat, quod Dauides *v. 10.*, quo Deum caliginis incolam ait, ad Dei super montem Sinai aduentum *Exod. XIX, XX.* remittere nos videatur. Haec dum meditamus, GERARVM volentes nobiscum sentientem legimus atque scribonem: Iterum (vt *v. 9.*) alludit (Dauides) ad descensum illum Dei maiestaticum in Sinai, *Ex. XX, 21. Deut. IV, 11.* ubi circa montem, ad medium usque coeli exardescentem, dicuntur fuisse tenebrae, nubes, ערפל et caligo. (c) Nec adeo alienus est ab hac interpretatione ipse GESNERVS, vt potius l. c. scribat: *Simpliciter hic statuimus, Dauidem in descriptione tempestatis notare, coelum nubibus subito obductum, Deique praesentiam certissimo argumento offensam fuisse: qualis erat illa praesentia in monte Sinai, Exod. XIX. ubi densissima nubes montem operuit, et Dominus sese in cacumen montis demisit, ad colloquium cum Mose.* Sensus itaque huius loci huc forte redibit, vt indicet, hostes, cum quibus bella gesserit, terrore fuisse agitados, aeque vt Israelitas ad conspectum

C 2

(c) in Comment. ad Psal. Dau. f. 236. ad h. l.

etum caliginis in monte Sinai, *Exod. XX, 19.* et suppressos, vt Aegyptios *Exod. XIV, 20. sq.* prope mare rubrum. Imo vero, si quis sensui literali inhaerere, atque haec omnia in bellis Dauidicis, *orta caligine*, gesta fuisse defendere velit, nec adeo absurdam, aut nimis longe petitam, explicationem tueretur, si haec ad nubem, in qua Deus super arcam habitauit, applicaret. Exinde, quod *caligo sub pedibus Dei* fuisse dicitur, argumentum erui posset. Notum enim est, arcam foederis ideo, quia Deus super eam habitauit, **רגלי ה' כרויב** *scabellum pedum Dei*, *1. Paral. XXIX, 2.* et alias appellari. (f) Caligo itaque forte ideo sub pedibus Dei fuisse dicitur, quia in scabello pedum se conspiciendam hostibus exhibuerit. Illud etiam huic sententiae patrocinari videtur, quod *v. n. כרויב על כרובי* *Cherubino insidens* sicutur, Deus enim se praesentem futurum ex arca, superna in nube e medio Cheruborum, qui in operculo arcae fuerunt, promisit, *Exod. XXV, 22. Lev. XVI, 2.* et re ipsa *Num. VII, 89.* praestitit. Vnde non vno in loco Deus nomen accepit **ישב הכרובים** *sedentis vel habitantis inter Cherubinos*, vt BVXTORFFIVS obseruauit. (g) Accedit, quod Israelitae, bella gerentes, arcam foederis saepissime castris suis inferre consueuerint, et, hac praesente, hostes feliciter vicerint. Ideo arcam hanc **ארון עז** *arcam fortitudinis Domini* *2. Chron. VI, 41. Ps. LXXXIX, 62. CV, 4. CXXXII, 3.* salutari BVXTORFFIVS non male iudicat, quod Deus per eam fortitudinem et potentiam suam exercuerit in bello. (h) Super hanc arcam Deum in columna nubis habitasse, ante demonstrauius. Hanc vero nubem, quam praesentiae suae symbolum sibi gratiose fecerat, quoties singulare iustitiae, potentiae et maiestatis suae specimen edere constituerit, mirum in modum caligine fuisse repletam, varia, partim ante excitata, loca demonstrant. Insignem itaque probabilitatis gradum haec explicatio attingit, si quoque per caliginem sub pedibus

(f) conf. *Flacii Clauis* in voce: *scabellum*. (g) *Exercit. de Arc. foed. p. 9. 104. conf. Pl. XXC, 2. XCIX, 1. 1 Sam. IV, 4. etc. add. Lundius l. c. L. l. c. XIII, f. 58. sq. Io. Christoph. Wichmannsbaußen Disp. de operculo Arcae foed. propitiatorio, p. 2733. sq. Witsii Miscell. T. I. L. II. Diff. L. p. 440. (h) l. c. p. 3.*

dibus Dei, nubem illam, densissima interdum in praelio *caligine* impletam, Dauidem indicare voluisse statuatur. Fieri hoc modo potuit, vt, quoties hostes tenebras et calignes nubis, inter Israelitarum castra apparentis, aspexerint, excoecati fere, omnique vsu lucis destituti, in tenebris errauerint, terrore concitati, *Iud. VII. p. sq. 2 Reg. VI. 18.* capti, et, si non occisi, certe ad perpetuam captiuitatem damnati fuerint. Deus non solum quoad pedes, sed quoad totam essentiam in *caligine* habitasse *v. 12.* nos edocet: **ישת חשך סתרו סביבותיו סתרו חשכתו** **מי עבי שחקי** **מי** *posuit tenebras latibulum suum, circuitus suos tentorium suum, tenebrae aquarum nubes coelorum,* vt adeo, quasi Dux exercituum, in medio Israeliticorum castrorum, in tenebris, tanquam in tentorio suo, habitasse indicetur. Voce **ערפל** eiusmodi caliginem indicari, quae omnem oculorum vsu ambulantis adimat, et proinde varias miseras iis efficiat, loca Parallela testantur. Tenebricosis semper caliginibus maria, propter crebriores exhalationes, tegi, vt quasi nubes perpetuo iis incubare videatur, et proxime adiacentia loca velare, constat: has tenebras Spiritus Sanctus **ערפל** *Iob. XXXIIX. 9.* appellat. Vnde adeo Deus dum res, in reconditis locis gestas, describere vult, eas in **ערפל** esse dicit, *Job. XXII. 13.* aut quoties crassissimam, vt ita loquar, gentium ignorantiam innuere vult, **ערפל** populos tegere *Ez. LX. 2.* ait, aut quoties omnium generis miseras, aerumnas, pericula, calamitates, quibus homines immorigeros misere castigauit, in compendio exhibere cupit, **עין ערפל** *et caliginis* **עין ערפל** se iis immisurum, *Joel. II. 2. Zeph. I. 15.* lucem in **ערפל** mutaturum, *Jer. XIII. 16.* minatur, et tempus summæ miseriae **עין ערפל** fuisse *Ezech. XXXIV. 12.* fatetur. Ex his, quae adduximus, locis Deum non solum **עין** et **חשך**, sed, quoties significatum intendere vult, **ערפל** adhibere discimus. Quae quidem si ad lucem eidem afferent, et partim tenebras, quae hostes terruerunt, vt liberationis Dauidicae *causam*, partim etiam hostium, quae infecuta est, stragem et miseras ineffabiles, vt eius *effectum*, eo feliciter demonstrabunt.

Pf. XCVII, 2. S. VII. Atque sic Davidis effato *Deum caliginis incolam*, nos satis quidem valide probasse confidimus. Restat, ut ad aliud, quod ex *Pf. XCVII, 2.* nobis suppeditatur, argumentum descendamus. Haec vero ibi leguntur: ענן סביבו עין וערפל *in circuitu eius nubes et caligo* conspiciuntur. In eo plurimi conveniunt interpretum, quod hic Psalmus vaticinium de *Christo*, et eius Regno, contineat. Quod cum ex aliis argumentis, tum ex Apostoli testimonio, *Ebr. I, 6.* probauerunt. Vnde CALOVIVS hunc locum strenue contra GROTIUM defendit, et non solum applicationem, sed solidam demonstrationem Deitatis Christi ab Apostolo, ex hoc Psalmo institui luculenter docet. (i) Psaltes thesin suam *v. 2.* יהוה מלך *Iehouah regnat*, ita probat, ut ante omnia Regis maiestatem exponat, ita quidem, ut primum סביבו עין וערפל *nubem et caliginem circa eum esse* scribat. His verbis Prophetam ad horrendam illam caliginem, tempore promulgationis legis in monte Sinai ortam, qua non solum עין *Exod. XIX, 16. XXIV, 15. 16.* sed et ערפל *Exod. XX, 21. Deut. IV, 11. V, 19.* circa Deum fuisse confirmatur, respexit, cum GESNERO, CALOVIO, plerique existimant. Nec male, quandoquidem *Stephanus Act. VII, 38. Christum*, cuius regnum hoc Psalmo describitur, ibidem, בעין וערפל *in nube et caligine* apparuisse, atque legem promulgasse, non obscure indigitavit. Huic tamen explicationi hoc adjiciamus, ut Psaltem non ad solam hanc apparitionem Christi *in nube et caligine* tantum, sed ad omnes omnino *Messiae* revelationes, respexisse contendamus. Fuit סביבו עין *nubes circa Regem* nostrum Iesum Christum in monte, *Matth. XVII, 5. Marc. IX, 7.* cum ascenderet in coelos, και νεφέλην ὑπέλαβον αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, *Act. I, 9. in nube* redibit ad Iudicium extremum, tunc ἄσπασται τὸν οὐρανὸν καὶ ἐκκελεύσει ἐρχόμενον ἐπὶ τῶν νεφελῶν τῶν ἐρεινῶν, *Matth. XXIV, 30.* conf. *Dan. VII, 13. Apoc. XIV, 14.* Habent ciues eius nubes, quae iustitiae pluuiam emittunt, *Esa. XLV, 8.* sub quibus aequae, ut olim Israelitae, *Pf. CV, 39.* tuto delitescere, *Esa. IV, 5.* queant. Rex noster praeterea ערפל *in circuitu* habet, qua caligine

(i) in Bibl. illustr. T. I. f. 1075.

ligine armatus, ex iusto iudicio impiis dies עָנָן וְעַרְפָּל *nubis et obscuritatis*, *Joel. II, 2.* immittit, vt dies aduentus sit עָנָן וְעַרְפָּל *nubis et caliginis*, *Zeph. I, 15.* Temperare nobis non possumus, quin GEIERI luculentam explicationem inferamus, scribentis: *Pertinet et hoc (nempe עָנָן וְעַרְפָּל) ad describendam Dei maiestatem plane tremendam, ac imperuestigabilem, ita, vt terror et consternatio incutatur, cuius appropinquaturus; siquidem, vt lux notitiae et gaudii, ita caligo horrois ac ignorantiae vt plurimum solet esse Symbolum, vnde et dies עָנָן וְעַרְפָּל pro infausto terrificoque solet poni. Ezech. XXXIV, 12. Joel. II, 2. Zeph. I, 15. Atque hac de causa etiam descendente Deo in Sinam, Exod. XIX, 9. XX, 21. XXIV, 16. Deut. IV, 11. Ebr. XII, 18. circa montem, ad medium usque coeli exar descendente, dicuntur fuisse tenebrae, nubes, עָנָן וְעַרְפָּל et caligo, occultanda velut maiestatis, arcendaeque curiositatis causa, ferme sicut Regum Magnatumue conclauia tapetibus vel aulaeis obduci solent, nec temere cuius pateat accessus vel introspectio. (k) Sedet Rex noster in caligine, tanquam in tribunali suo, vt ex eo leges ciuibus ferat, Exod. XIX, XX. vt casus dubios decidat. Exod. XIX, 23. Num. XXVII, 5. Locutus est mysteria, quae quasi caligine obtecta, non nisi ab Apostolis capiuntur, Matth. XIII, 9. vt hi postea σφραγισθε τὴν ἀποκάλυψιν, 1. Cor. II, 7. nobis reuelarent. (l) Caligo fuit circa Christum, qui est Rex a coelesti suo patre in monte sancto constitutus, Ps. II, 6. cum, e cruce pendens, intensissimos dolores pateretur, tunc enim σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσιν τὴν γῆν, Matth. XXVII, 45. (m) Non sine causa Psaltes עָנָן וְעַרְפָּל cum עָנָן coniungere videtur, vt scilicet vtroque ciues suos, aequae vt olim Israelitas, Exod. XIV, 10. 24. Regem defendere ac tueri declaret.*

§. VIII. Ex his itaque, quae diximus, *Deum caliginis incolam esse*, satis clare patebit. Huic tamen sententiae *Dauides, Ps. phrasos, quae Deus in luce videntur.* Illi enim Deum *lucem esse, in luce habitare, luce sur.*

(k) in Comment. ad Ps. Dau. ad h. l. f. 168. (l) quae explicatio est Hieronymi in Ezech. cap. 40. (m) multas caliginis explicationes exhibet Lorinus Comment. in Ps. Tom. II. f. 819.

se vestire, clare et perspicue affirmant. At vero in fausto res est, et hi amice omnes inter se conspirant, modo ipsam *diuinam essentiam*; ab eiusdem visibili, externa, et accessoria habitatione, et *praesentiae symbolo*, probe distinguamus. Symbolum enim externum praesentiae diuinæ est *אור* caligo, ipsa vero essentia Dei, quae eandem inhabitat, est *אור* lux, non sine pondere et causa ita denominata. Haec mens fuit LORINO, dum lucem, in qua Deus habitare dicitur, cum Gregorio et Hieronymo, de Deo secundum se exponi debere scribit. (n) Solide et neruose GLASSIVS loquitur: *quando Deus lux dicitur* i. *Iob. 1, 5. maiestas, sanctitas, perfectio, et beatitudo eius notatur, sicut luce coelesti, ad nos transmissa, nihil pulchrius et clarius, nihil purius est, nihil magis laetificat.* (o) Audiamus ABARBENELEM ita differentem: *Deus benedictus in scriptura cognominatur, אור lux, sicut dicitur Ps. XXXVI, 10. Quinimo non solum prophetae cognominarunt Dei gloriam nomine lucis, sed et sapientes gentiles tradiderunt, quod sit אור כבוד lux absoluta.* Postquam ad Platonem et Abuchamadi librum: *luminarium diuinorum, prouocauerat, ita pergit: Ex quibus ipsorum dictis liquet, quod Deus benedictus sit lux absoluta, et aliis omnibus lucem communicet: Et haec ipsa etiam est sententia Cabalistarum, qui vocant Deum אור קדמון lucem primam, aeternam, אור אור lucem purissimam, אור צהר lucem splendidissimam, quia visum ipsis fuit, nomen lucis melius exprimere, eius naturam et essentiam, quam alia nomina, quae verba exhibet BVXTORFFIVS.* (p) Id ipsum Sandaeus non solum non cognouit, sed etiam ex voce trilitera: *אור* mysterium SS. Trinitatis eruere voluit. (q) Quare vero Deus lux dicatur praeter alios DORSCHIEVS egregie his verbis exponit: *Consideretur porro 1) Admiranda lucis etiam creatae excellentia et maiestas 2) stupenda eiusdem claritas et puritas, tum ratione subiectorum, quibus inest, tum ratione affectionum, quas edit, tum ratione effectuum, quos producit: perpendicularur 3) summa lucis efficacia et foecunditas, 4) mira eius pulchritudo et venustas,*

(n) l. c. T. I. f. 231. (o) in Philolog. L.V. Tr. I. cap. VIII. p. 1613. (p) in Hist. Arc. foed. Cap. XIII. p. 121. sq. (q) in Theol. Myst. p. 206.

stas, et ineffabilis lucis incunditas, et delectabilitas, et conferantur cum essentia Divinae lucis, quae incomparabiliter, et infinites excellentior, purior, foecundior, pulchrior, incundior est, quam omnis creata lux, et aliquatenus caliginosa vestigia inaccessae illius claritatis, et diuissimae lucis patebunt. (r) Quomodo vero Deus dicatur in luce habitare, iterum DORSCHÉVS l. c. explicat: Haec lux est ipse Deus, unde αὐτὸς ὁ θεὸς ἐν αὐτῷ ἐν εἶν ἔδειξεν, Deus enim proprie domum non habet, in qua habitet, sed est in se ipso. Nec aliter explicat Ioannes, qui, postquam i. ep. I. v. 5. dixerat: ὁ θεὸς φῶς ἐστὶν, καὶ σκότης ἐν αὐτῷ ἐν εἶν ἔδειξεν, eundem Deum v. 7. ἐν τῷ φωτὶ esse docet. Hic πῶς τῶν φῶτων Jac. I, 17. ab aeterno generavit filium, qui est ἀπάντασμα τῆς δόξης, Ebr. I, 3. quia est כְּרוֹמָה דְּמִן כְּרוֹמָה lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, uti a Syris appellatur. (s) Dicitur autem quam maxime φῶς τὸ ἀκίνητόν Job. I, 9. propter officium suum, quo fungitur. (t) Euictum itaque esse credimus, Deum, pro varietate respectus, et lucis et caliginis incolam dici posse.

S. IX. Illa divina lux cum tanta luce radiet, ut nec mens vlla vllius hominis perfecte comprehendere valeat, maluit inter homines in caligine habitare, ut intelligerent homines, Deum aequae minus mente, ac caligines oculis comprehendi posse. Huc respicit haud dubie ABARBENEL, haec loquens: Quem ad modum lucem solis, propter summum eius splendorem et claritatem, oculis humanis non potest videre, quamvis causa sit, ut res videantur; et, si homo propius et fixe eum intueri velit, oculi eius percutiuntur et hebetantur, ut nec illud amplius videre queat, quod alias videre potuit: Sic non potest intellectus humanus APPREHENDERE Deum, secundum veritatem suam, et, si terminum suum egrediatur, apprehensio eius confunditur, aut moritur, ut olim ben Assai. NB. Vnde in libris Prophetarum dicitur, quod

D

(r) in Pentatec. Diff. praelim. ad i. Tim. VI, 16. §. 30. p. 19. (s) in Rituali Severi Alexandrini patriarchae, p. 61. et alibi, ut legimus apud Buxtorff. l. c. p. 136. (t) conf. Glassius l. c. p. 1614. sq. Christ. Matthiae Conciliatio dictorum SS. L. III. §. 82. p. 97. sq. Geier. de omnipraesentia Dei Medit. 30. p. 509. sq. Polyc. Lyser. Harm. Euang. c. 101. f. 1867. 41. Auctor Libri Cosiri p. II. §. 1. p. 77. ed. Buxtorff. Basil. Dannhauser 1806. p. 216. 224. etc.

fit velum separans circa lucem Diuinam, et quod sit abscondita in nube et caligine, sicut David ait: Nubes et caligo circa eum, Psal. XCVII, 2. item: posuit tenebras latibulum suum. Ps. XLIX, 12. Et hoc ipso sensu dicit HABACVC cap. III. v. 4. splendor illius ut lux solis מִירוֹן קִרְיָם splendores radii a manu eius sunt ei, et ibi est abscondito fortitudinis eius, quia lucem a se habet, non aliunde mutuatam, propter summam tamen eius claritatem et fulgorem, eam absconditam esse, quia sc. occultatur et absconditur ab oculis hominum. (u)

a) Inuisibilitas.

§. X. Supra GEIERVM audiuius obseruantem, Deum, sicut Reges et Magnates, aulaeis conclauia obducentes, in caligine habitare, ne temere cuius pateat accessus aut introspetio. His verbis haud obscure inter causas, propter quas in caligine Deus habitet, eius essentiae inuisibilitatem referendam esse insinuauit. Est enim Deus ἀόρατος, 1. Tim. I, 17. qui de se ipso testatur: לֹא יִרְאֵנִי הָאָדָם Nullus homo me videbit, et uiuet. Ex. XXXIII, 20. Bene sentit AVCTOR libri Cofri, dum scribit: Qui visum habet debilem non videt, nisi veluti lucem subobscuram et exiguam, qualis est inter duas vespervas, instar vespertilionis, cuius oculi sunt lippi vel suffusione laborant, non videt nisi umbram; qui visu pollet acri et forti, videt quidem solem, sed solem ipsum, pleno fulgore splendentem, nullus oculus intueri potest: si quis id facere pertinacius tentauerit, excoecabitur. Atque haec propria illa gloria Domini, Regnum Domini, et Maiestas Domini, quae nomina lex diuina usurpat. (w) Hinc itaque caligine se cinxit. Caligines enim prohibent, quominus ea, quae iisdem occultantur, conspici possint. Vnde Spiritus S. res absconditas, et a nemine visas, in עֲרַפֵּל iacere, Iob. XXII, 13, et κρυπτά τῆς σκότητος esse, 1. Cor. IV, 5, dicit. Egregie illustrare possumus exemplo Moysi. Si enim eius facies vsque adeo radiauit, ut filii Israelis non potuerint intueri in faciem eius, 2. Cor. III, 7. et ideo ipse velo eandem tegere cogeretur, quia timuerunt eum accedere. Ex. XXXIV, 29. sq. multo magis Deus, postquam inter Iudaeos singulari modo habitare constituerat, in caligine habitare voluit,

vt

(u) apud Buxtorff. l. c. p. 123. (w) F. v. 6. III. p. 277. sq.

vt inde colligeremus, neminem eius essentiam spiritualem oculis corporeis, nisi per miraculum eleuentur, videre posse.

§. XI. Merito ad causas excellentiam et *maiestatem* Diuinitatis referri arbitramur. Nec vero nego, nec nescio, BVX-TORFFIVM, (x) LVNDIVM, (y) aliosque gloriam Dei, in qua Deus apparuit, proprie de igne, luce, et fulgore ex eo radiante, accipere, atque hanc maxime gloriosum apparentis illic Dei symbolum fuisse, asserere. Quam tamen obseruationem, etsi suo loco relinquamus, nihil roboris sententiae nostrae derogare, iudicamus. Quoties enim Deus singulare maiestatis suae specimen edere voluit, in densa caligine apparuit populo suo. Praestat ad solemnem promulgationem legis, e monte Sinai factam, respicere, de qua LVNDIVS haec obseruat: *Da Gott, bey Offenbarung des Gesetzes, seine Zerrlichkeit sonderlich majestätisch, und erschrocklich wolte sehen lassen, da wird sonderlich von der Wolcke gesagt, daß sie sehr dunkel und erschrecklich anzusehen gewesen, wie Finsterniß und Duncel etc.* (z) Iuuat iterum ad GEIERI verba, supra excitata, respicere, quae haec erant: *perinet מרעו ad describendam Dei maiestatem plane tremendam, ac imperuestigabilem, ita, et terror et consternatio incutiatur cuius appropinquaturo etc.* (a) Liceat huic VILLALPANDVM addere, haec scribentem: *Nubem ad MAIESTATIS gloriam et indicandam praesentem, et ab humanis oculis contegendam, aptissimum fuisse instrumentum censuimus.* (b) Quod quidem argumentum pluribus exemplis et testimoniis illustrare et confirmare facile possemus, si per temporis, in quod incidimus, angustiam liceret.

§. XII. Haec ipsa vero causa est, quae nos mouet, quare nec aliis causis eruendis aut inuestigandis nunc insistamus. Sunt, qui Deum ideo in caligine habitasse aiunt, vt mysterium *incarnationis* Iesu Christi indicetur: vt genti Israeliticae, alias ad *Idolatriam* quam maxime procliui, omnis occasio huius sceleris praescindatur, quod metuendum omnino erat, si Deus sub for-

D 2

ma

(x) l. c. cap. XIII. p. 119. (y) l. c. l. I. c. X. §. 17. f. 41. (z) l. c. §. 3. f. 37. (a) l. c. f. 1684. (b) in Ezechiel. T. II. P. II. cap. XXXIV. f. 308. lit. A.

3) *Maiestas
hominibus ter-
ribilis.*

ma creaturae apparuisset, quandoquidem illam pro Deo colere, aut simulacrum eius fingere potuissent: vt *oeconomia veteris foederis* declaretur, quo sub vmbri et typis colendus erat Deus: vt Pii, intelligant sibi etiam *caligines miseriarum* et tenebras crucis imminere: vt cognoscamus potentiam et sapientiam Dei, secundum quam nos Deus in illa tempora reseruat, vt saepius in *tenebris ambulare* videamur, nec exitum viarum nostrarum videamus, donec tandem haec ipsa Dei gratia ad felicem finem omnes res nostras dirigat. Has, et huius generis plures, ab aliis allatas, pias meditationes adijcere possemus, si nostri instituti ratio permitteret.

An fenestrae
in sancto san-
ctorum fue-
rint?

§ XIII. Nos, dum *Deum in caligine* super operculum arcae *habitasse*, et in primo templo suam praesentiam declarasse, supra vidimus, in nobilem illam incidimus controuersiam: An scilicet Deus etiam hoc modo in caligine habitare voluerit, vt nullae *fenestrae* in sancto sanctorum templi Salomonaei fuerint? Nec desunt, qui cum R. IVD. LEONE, (c) LVNDIO, (d) aliique fenestras omnino in sancto sanctorum fuisse affirmant, nec omnino omni fundamento destitutas rationes allegant. Alii contra, cum VILLALPANDO, (e) RELANDO, (f) fenestras ibi fuisse fortiter negant. Hic RELANDVS ad obiectionem, quam etiam LVNDIVS affert, e. 1. *Reg. VI, 4.* petitam, qua וַיִּבְנֶה fenestras aedi sacrae fecisse dicitur Salomo, respondet: 1) fecisse quidem Salomonem aedi fenestras, non tamen inde effici, in parietibus sancti sanctorum fuisse, potuisse enim in fronte pronai locari. Addit: 2) tres contignationes conclauium, aedem sacram proxime cingentium, his fenestris nimum obesse, de quibus *1. Reg. VI, 5.* et: 3) tenebras maiestati Numinis, quod se in iis habitaturum dixerat, et oeconomiae illorum temporum, optime conuenire, prouocans ad *Exod. XIII, 22. XIV, 19. XIX, 16. 1. Reg VIII, 11.* atque: 4) ita maiorem inter templum et tabernaculum conuenientiam existere. Nec: 5) esse, quod

(f) Lib. II. c. 23. p. 152. de templo Hierof. ed. Saubert. (d) l. c. L. II. c. 6. f. 261.
(e) in Ezech. T. II. P. II. L. IV. c. XXXIV. f. 307. sq. (f) Antiq. Ebr. P. I. c. VII. §. X. p. 68.

quod quis in tenebris dicat cultum sacrum peragi non potuisse. Eodem enim modo illum in templo peragi potuisse, ac in tabernaculo, in quo fenestrae nullae fuerunt. Haec quidem RE-LANDVS habet. Dum VILLALPANDVS in eo est, vt pari modo fenestras in sancto sanctorum fuisse neget, ante omnia: 1) dubium, ex 1. Reg. VI, 4. depromptum, sibi explodendum sumit, ita quidem, vt hoc loco vocem בית *domus* non totum templum, sed tantum atria et sanctum, et reliquas partes, sancto sanctorum contradistinctas, comprehendere contendat. Imo, ex huius capitis v. 17. probat thesin suam, vbi domus quadraginta cubitorum fuisse dicitur, domus vero illa, cui quadraginta cubiti fuerunt, non complexa est simul oraculum, s. sanctum sanctorum, quia alias sexaginta cubiti v. 2. fuissent. Vocat etiam in partes suas proxime antecedentem v. 3. quo porticus ante domum פני היכל הברית fuisse dicitur, at vero haec ipsa domus, ante quam porticus immediate erat, erat templum, sancto sanctorum contradistinctum, atque huic ipsi domui v. 4. fenestras insertas fuisse dicitur. Vt adeo clare pateat, ex hoc loco fenestras in oraculo probari non potuisse. Hoc euicto: 2) addit, si, quae de tabulatorum. s. exedarum circa templum altitudine, firmis rationibus et testimoniis sacrae scripturae 1. Reg. VI, 5. et aliorum confirmata sunt, attentius expendantur, nullum superesse videri fenestris in oraculo locum. *Quod si fenestris eguisset pars illa, quid, quae so,* inquit, *architectum coegisset, cubicula illa circa oraculum extruere?* postea: 3) absurda quaedam ex affirmantium sententia fluere tacite innuit, dum scribit: *Quid quae so fenestris opus habuisset oraculo? An vt videri possent ex superioribus atriorum coenaculis, quae ibi latere oportebat? An vt viderent introeuntes arcam, Cherubinos, et Dei thronum? An vero vt exteriori puluere conspergerentur interiora, quae nulli licebat abstergere?* Praeterea: 4) voluntati et Oeconomiae Diuinae magis conforme fuisse censer, si fenestras ibi fuisse negetur. Deum supra propitiatorium *in nube* habitare voluisse et caligine. *Leu. XVI, 2.* vnde certum et exploratum cuilibet esse debere ait, id omne, quod propitiatorio inerat, occultum esse de-

buisse, et omnibus inuisum, ipsi etiam sacerdoti summo, de cuius ingressu in sanctum sanctorum, praeter alios ritus, Deus indixit *Leuit. XVI, 11. 12. 13. vt*, assumpto thuribulo, et positis super ignem aromatibus, nebula earum et vapor operiat oraculum, quod est supra testimonium, ne moriatur. *Sed, quid, quaeso, fumus operiret oraculum, si multiplici fenestrarum lumine illustraretur?* Si quis contra: 5) quaerat: Quid fumo erat opus, si nullum aliud lumen illustrabat oraculum? Respondet ad hoc dubium, rationem petendo a conuenientia templi cum tabernaculo. Ibi enim *Leuit. XVI.* sermo est de tabernaculo, quod, quia perpetuis conglutinatis constabat asseribus, et multiplici operiebatur tegumento, *Exod. XXVI, 1. 7. 15. sq.* neque in oraculo neque in anteriori domo sancti habuit fenestras, et nihilominus fumum offerri Dominus praecepit. (g) Atque adeo, ad prioris similitudinem, omnino et in templo factum fuisse confirmat. Ideo vero summum sacerdotem cum thuribulo in sanctum sanctorum ingressum fuisse putat, non vt fumo impediret, quominus radii solares, per fenestras incidentes, tegenda manifestarent, sed vt impediret, quominus in ipso ingressu, aperiendo vela, lumen aliquod incideret, et oraculum illuminaret, quod, propter reuerentiam et loci sanctitatem, tenebris contegendum erat. Cum enim templi et tabernaculi anterior pars candelabro et septenis lucernis, et copiosiore lumine, in templo simul per fenestras, illustraretur, fere impossibile videbatur, vt, ingrediente pontifice, ac propterea ostii velum et valuas aperiente, reflexum lumen impediretur, vt pars aliqua lucis interiora non illuminaret, atque adeo interiora aliquis videre possent, haud fecus quam irradiante quantumuis citissimo fulgoris lumine aliqua cursim conspiciuntur: huic igitur incommodo providere voluisse videtur Dominus fumi nebula, in ipso introitu, thymiamate exusto procuranda. Tandem: 6) sententiae suae firmum argumentum ex *Ezech. XLI, 17.* conciliare allaborat. Ibi enim fenestras in templo fuisse quidem legitur, sed tantum עֲרֹבֵי הַחַיִּים חֲפָנִים *vsque ad domum interiorum nempe*

pe

(g) consi. *Sau. Reyheri* Mathes. Mosaic. p. 641.

pe sanctum sanctorum. Postquam posuerat, quod ante probauit, (b) in hac visione prophetae templum Salomonis in visione oblatum fuisse, et hic demonstraerit ex *Nehem. III, 1. 8. Ios. XV, 5. 47.* et alias, particulam: עַרְי, si ad locum referatur, semper finem aut terminum significare, nec quicquam praeterea; infert, hic quoque terminum designari, ultra quem non procedat funiculus, pars aut fors. *Atque hac ratione inquit, si Ezechielis verba interpretemur, hic erit sensus: et fenestras per totam exteriorem domum extendebantur, et usque ad domum interiorem exclusiue, etc. ne ulla superesse possit dubitandi ratio, subiungit verbum illud: et forinfecus.* Iuuat hic REYHERVMI. c. in partes nostras vocare, qui, *oraculum, inquit, in intimiore templi parte adornatum fuit, adeoque nullis fenestris praeditum -- in ipso etiam oraculo nullae fuerunt lampades, vnde Salomo in consecratione huius templi expresse dicit: יְרֵחָ אָמַר לְשֹׁכֵן בְּעֶרְפֹל.* Dominus dixit in caligine se habitaturum. 1. Reg. VIII, 12. 2 Paral. VI, 1. Haec ille. Horum argumenta, si paulo curatius consideramus, parum abest, quin in assensum nos trahant, vt horum negantium opinionem propius, quam affirmantium sententiam, veritati accedere fateamur. Quamuis autem id nobis non sumamus, vt in re tam ardua, dubia et incerta, certi quid nostro asserto statuere, nostramque sententiam, tanquam certam, apodictice et indubitate veram, aliis obtrudere conemur. Si quis enim fortiora nobis proferre poterit argumenta, faciles et pronos nos habebit, in nostra deferenda, et altera recipienda opinione. Quamdiu autem haec VILLALPANDI, RELANDI, aliorumque sententia firmo nitetur fundamento, tam diu inde argumentum pro *Dei habitatione in caligine* petere nobis liceat.

§. XII. Cum diabolus saepissime peruersum et infelicem Diuini-
 norum institutorum imitatore[m] fuisse inter omnes constet, hic
 etiam detestandum eius Deum imitandi, hominesq; misere de-
 cipiendi, studium satis deprehendimus. Hic enim Princeps te-
 nebrarum, postquam Deum, qui lux ipsa est, in caligine habitaturum intellexerat, se pariter in caligine habitare hominibus per-

Imitatio diaboli: caliginosam habitationem affectantis.

(b) l. c. cap. XL. f. 29.

persuafit, atque adeo, vt ab iisdem in tenebris et caligine colatur, impetrauit. Ex innumeris testibus, quorum nubem facili negotio excitare possemus, nunc IO. OLDERMANNVM producemus, scribentem: *Quaedam earum* (nempe aedium, quas gentes, postquam architectura coli coepit, extruxerunt) *plano clausae non nisi lucernis illuminabantur; aliae vno alteroue exiguo foramine lumen admittebant. Primi generis fuere delubra et adyta gentilium vetustissima, vndique clausa et reclusa. Quomobrem recte in Etymologico magno Sylburgii nuncupantur* *chorocrotavoi*. *Adhuc vsque diem templa gentilium pleraque in Sina, et regno magni Mogolis pro ueteri more fenestris carent. De his DAPPERVS: Die Pagoden sind finstere Löcher, darein kein Licht kömmt, als durch die Thüre, sintemahl sie keine Fenster haben. Eiusmodi olim fuerunt non pauca Americanorum templa.* (i) Imo vero, vt eo magis in caligine habitaturus malus ille genius videretur, sacra in densis lucis et sylvarum tenebris sibi peragenda ordinauit. Quod adeo manifestum est, vt Io. GOTTL. NIMPTSCH scribere nullis dubitet: *Lucos ab Aegyptiis, (k) Graecis, (l) Romanis, (m) veteribusque Germanis (n) plantatos, et uariis ritibus Diis consecratos fuisse, tam notum est, vt rem sine dubio superuacaneam ageret, qui eorum exemplis diutius immoraretur.* (o) Neque adeo nos iisdem diutius immorabimur, quandoquidem hic ante aliquot annos DIE-TER DRESLERVS, olim *Aegyptios, Graecos, Romanos, et Germanos* in lucis et caligine sylvarum Deos suos coluisse, solide demonstrauit. (p) Huic autem malo ex orco genio non solum

- (i) in Diss. de specularibus veterum. C. I. §. II. p. 4. sq.
 (k) Diod. Sicul. L. XVII. c. 50.
 (l) Aelian. L. III. H. V. c. 1. Pausan. in Corinthiac. c. II.
 (m) Horat. L. III. od. 4. Valer. Flaccus L. I. 69.
 (n) Tacit. German. c. 43. Clauer. Antiq. Germ. p. 271. 710.
 (o) in Diss. de Sacris gentium in montibus sub praefid. Frid. Gottb. Freytag. §. VII. p. 9. sq.
 (p) in Diss. de lucis religioni gentilium destinatis Lipsi. 1720. hab. §. IV. p. 7. sqq.

lum in locis caliginosis, sed etiam, tempore tenebrarum, nocturna festa ipsi destinata et celebrata fuisse legimus. Quis est, qui *Aegyptios* pervigilationibus, orationibus et sacrificiis nocturnis integras interdum noctes, praesertim in Mysteriis *Isidis*, consumpsisse, ignoret? (q) Nec non *Graeci* cum aliis festis, *Sacra Eleusinia Cerealia, Cotyttia, Bacchanalia, Panathenaea, Vulcanalia, Promethea, Athenis* et alibi nocturno tempore facibus ac taedis accensis, turpissimisque sceleribus peractis, peregerunt. (r) Celebrarunt *Romani* in caligine *Bacchanalia* sua, quae, etsi primis temporibus quoque diurna fuerint, postea tamen in nocturna mutata esse, ALEXANDER ab ALEXANDRO tradit; (s) ut alia copiosius a IO. GEORG. WEBERO exposita, (t) silentio praetereamus. Haec et alia plura, Diabolum quoque, in caligine habitare voluisse, sufficienter demonstrare iudicamus. Quibus et hoc addi meretur, quod diabolus responsa sua ex occultis et caliginosis tenebris ediderit. Idem in *Delphico* contigisse quondam oraculo ex *Strabone*, scribente: *Autores certi memorant Diuinum ipsum domicilium profundam et curuam speluncam esse, non admodum late patentem ore, atque hinc auram reddi sacro afflante Numine, Auus noster GEORG. GREEN quondam obseruauit.* (u)

§. XIII.

- (q) ut tradit *Apuleius* Lib. vlt. *Milestar. it. Ouidius* L. I. *Amor. Eleg. 8.*
 (r) Conf. *Meursium* de Festis *Graec.* L. VI. *Theophrastum* de Charact. *Ethic.* c. 4. *Pfeiffer.* *Antiq. Graec.* L. I. c. 43. p. 105.
 (s) in *Genial. Dieb.* L. VI. c. 19. add. *Blendi Foroliuensis* L. II. de *Roma Triumphante. Aelian.* V. H. L. III. c. 41. *Rosini* *Antiq. Rom.* L. IV. p. 416.
 (t) in *Diff. de Sacris Nocturnis* breuiter delineatis.
 (u) in *Disp. II. de Sibyllis, cap. II.* Plura haec de re *Ant. van Dalen* de oraculis *Gentil.* suppeditabit.

§. XIII. Sed pessimum hunc aeternae caliginis incolam mittamus, ad propitium contra *caliginis incolam*, patrem luminis, nos conuertamus, eidemque pro infinita sua nunc et alias nobis concessa gratia laudes et aeternas gratias agamus. Haec enim ad Considerationem *Dei caliginis incolae* in medium attulisse sufficiant. Plura quidem rei dignitatem postulasse non nego, plura tamen afferri temporis angustia, et virium nostrarum imbecillitas denegauit. Nobis interim, hic quoque ad augendam Dei nostri clementissimi gloriam et amplificandum eius honorem aliqua, pro virili, contulisse suffecerit. Huic interim *caliginis incolae* in posterum etiam vias nostras commendamus, studia nostra committimus, et nos totos paternae eius curae tradimus et consecramus.


T A N T V M!



PEREXIMIO CLAREQVE DOCTO
DN. M. RESPONDENTI

S. P. D.

P R A E S E S.



Vam proprio Marte elaboratam, cum orbe erudito communicas dissertationem, ex intimis Theologiae Judaicae penetrabilibus haustam, insigni doctrinae ac ingenii apparatu instruxisti. Praeclarum ejus rei documentum praebet, scita illa de SCHECHINA tractatio, quam Judaeorum implicans ambages, & Christianorum quorundam minus commode obscurant explicationes, Tu autem nervose & curate delineasti. Non immerito, literatura Talmudicae inter Christianos facile Princeps, b. WAGENSEILIVS ad Sota p. 83. pronunciat: Quid per שמחה Judaei proprie intelligant, explicatu est difficile. Sunt equidem, qui copiose & exacte satis de illa commentati, totum istud argumentum uberius edisserverunt, in quibus THEODOR. HACKSPANIVS nostras, e Reformatis NICOL. HACKSP. ad Lipman. Niz-zach. c. II. not. 113. fqq. FVLLERVS, Anglus, & CAMPEG. VITRINGA, principatum tenent. Vnde mihi animus nunc non est, actum agere, horumque expilare scriinia: non tamen ab instituto fuerit alienum, rem omnem in compendium mittere, quidque de illa observationum mihi fuit, paucis exponere. Itaque SCHECHINA Dei inter homines habitationem designat, sive symbolo aliquo externo conspicuam, sive virtute solum sua & operatione, sese exerentem. Quod perinde fuerit, ac si dixeris, Numen ipsum sanctissimum interdum hoc nomine venire, alias vero symbolum istud, quo praesentem se exhibet Deus. Nec grave est, utriusque fidem facere asserti, quod tamen ordine instituemus inverso. Quando enim Exod. XXV, 8. Deus enunciat: & faciant mihi sanctuarium, וְשָׁכַנְתִּי בְּתוֹכָם & habitabo in medio ipsorum, vetustissimus interpres Chaldaeus Onkelos, ex gentis suae disciplina uerit: וְשָׁכַנְתִּי בְּתוֹכָם & collocabo SCHE-
CHI-

CHINAM meam inter eos. Pariter, ubi Exod. XIII, 21. in Hebræo est: ויהיה הוֹרֵךְ לְפָנֶיהָ & Dominus incescit ante illos, Pseudo-Jonathan habet: ואיקר דשכנתא דריי & gloriosior: SCHECHINA Domini. Neque frequentius aliud his Paraphrastis est, quam ut pro: וישב הכרובים dicere soleant: כרוביא דשכנתא שריא כיני כרוביא cujus SCHECHINA inter Cherubinos habitat, vel כרוביא על מן כרוביא cujus SCHECHINA supra Cherubinos habitat. In his, & id genus sexcentis aliis locis, de symbolo intelliga externo, quo presentiam gratie sue Deus manifestabat. Sed non cum is facio, qui integram columnam voce SCHECHINA indigitant. Aliud namque est vehiculum quasi symboli gloriosi, nubes densa & opaca, aliud ipsum presentie divine documentum, ignis in nube inclusus. Hoc symbolo toties Deus est usus, quo presentiam suam demonstratam daret. Cum Moesen ex rubo ardente vocaret, in igne se manifestabat. Pariter, cum senioribus in monte Sina, rursusque cum Ezechiel, externo se vestitum symbolo, conspiciendum praeberet, ignem, splendorem ac lucem exhibuit. Et quotiescunque GLORIA DOMINI apparuisse legitur, quod circa promulgationem legis, in consecratione tabernaculi Mosaici, templorum item Salomonei ac Serubbabelici usu venit, nunquam sine igne apparuit. Quo & ignem refero, qui in Apostolorum sive verticibus, sive linguis coruscavit, cum Spiritus Dei ipsos suo se afflare Numine, suis instruere donis, externo quodam declaratum cuperet elemento. Ignis itaque fulgentissimi jubar cum laturus non esset oculis humanis, aeque ac ad radiantis splendorem faciei Moysi hebetabatur, provide illud clementissimus Israelis ductor & assertor, densa & opaca velavit ac circumdedit nube, ut circa mortalium noxam inter ipsos versari, & ante suum incedere populum posset. Vi liquido appareat ex his, quae dicta sunt, non universam ex nube & igne conflantam columnam, neque nubem ipsam, sed inclusum eidem ignem, praecise augustum presentis Numinis symbolum praeuisse. In quo consentientes habeo Judeorum Magistros. Sapientissimus fere illorum, qui primus omnium, Scaligero iudice, nugari desuit, Moses MAIMONIDES diserte testatur, per gloriam Domini, quae ipsa est SCHECHINA, significari interdum splendorem quandam creatum, quem Deus quasi prodigii, vel miraculi loco, ad magnificentiam suam ostendendam alicubi habitare fecit: quod ex citatis jam Exod. XXIV, 16. & XL, 35. demonstrare satagit.

MAL.

1. Sam. IV, 4.
2. Sam. VI, 2.
2. Reg. XIX, 15.

- Exod. III, 2.
- - XXIV, 10.
Ezechiel. I, 4.
- - X, 4.
Exod. XXIV, 16. sq.
- - XL, 34.
1. Reg. VIII, 10. sq.
2. Chron. V, 14.
cap. VII, 13.
Actor. II, 3.

in More Nebuchim, P. I. cap. 64.

MAIMONIDIS sententiam sub incudem vocans ABARBENEL, Comitent. in suo confirmat calculo. inquit: הנה ביאר שכבוד יי' אינו ענין אבר. Exod. XL, 34- הוא דבר דומה לאש באורו וזוהרו והענין היה סביבו כמו שהענין f. 227. col. 2 הוא תמיד סביב האש וכמו שהלפרים האשיות נראים מתוך *Ecce clarum est, gloriam Domini non fuisse nubem, sed rem igni similem, ratione luminis ac splendoris sui. Nubes autem circa eum fuit, velut fumus semper est circa ignem. Et quemadmodum lampades ignitæ apparent de medio nubium, ita fuit gloria Domini similis igni, in medio nubis ac caliginis. Et hæcenus quidem de SCHECHINA, quando symbolum visibile, gratiose præsentis תע' אגגתא Oeë, designat.*

Rursus autem Deus ipse est שכ״ה, quando toties ferme pro ׀הם ולהם vel יתהו, imo pro Pronominibus ad Deum referendis, a Targumistis vox ista adhibetur, quoties habitare, ascendere, descendere, transire, venire dicitur, aut aliquid facere corpori proprio, ut naturam corporis, per hanc vocem, a Deo removerent. Ita quando SCHECHINAM quiescere super Prophetas, quin & super homines pios, ad Legem scrutandam in unum congregatos, affirmant Magistri. Prout RIBBI CHELPETHA pronunciauit: עשרה שכ״ה פirké Abhoth decem, qui una cap. III. §. 6. sedent & occupati sunt in Lege, divinitas quiescit inter eos: quod ex Pf. LXXXII, 1 evincit; idemque porro, de quinque, ex Amos. IX, 6. de tribus, ex Pf. LXXXI, 1. de duobus, ex Mal. III, 16. tandemque de uno, studio legis operanti, ex Exod. XX, 24. demonstrare nititur. Eodem sensu Talmudistæ statuunt: בקש יעקב in Tr. Pefachim fol. 56. (morti vicinus) revelare filiis suis, finem dierum (captivitatis, col. 1. qua nunc premuntur Judæi) verum tum recessit ab eo SCHECHINA, eumque prohibuit, quo minus edisserere hoc mysterium valeret. Huc etiam spectat, quando תת שכ״ה ubique locorum esse tradunt, quod R. HOSCHALIA ex Neh. IX, 6. evincere annisus est: cujus tamen verba prolixiora, quam quæ commode referrî huc possint, integra & cum versione, laudatus ab initio hospes quondam, ac Preceptor noster, etiam post fata Venerandus, exhibet WAGENSEILIVS. Id enim, nisi de essentia Dei immensa, nullis que locorum spaciis circumscripta, explicare non poteris. Vnde recte MAIMONIDES concludit: nomine gloriæ Dei, h. e. תת שכ״ה interdum significari essentiam & veritatem Dei: vt cum Moses Exod.

XXXIII, 18. ait: *monstra mihi quaeso, gloriam tuam, qui pro responso audivit v. 20. non videbit ME homo et vivet: ex quo apparet, Gloriam, cujus mentionem fecit, nihil aliud esse, quam essentiam Dei, quam honoris causa Gloriam appellavit. Non me fugit, ABARBELEEM in eo magistrum suum MAIMONIDEM deserere, imo confutare, quod haec sententia verborum Mo- sis, tanto Propheta sit indigna, si a Deo precibus impetrare ausus fuisset, verbis istis: fac, quaeso, videam gloriam tuam, ut ipsam Dei intueretur essentiam, oculis eam corporeis lustraturus. Modo enim distinxisset ABARBENEL, cum LIPMANNO, inter שכונה ש, ipsam Dei essentiam, & inter שכונה גירוי השכונה ejusdem per symbolum externum manifestationem, res omnis fuisset in vado. Deum ipsum certe, suae faciem, gloriamque Dei, sed exteriori simbolo vestitam, conspici cupiebat Moses. Hic omnino planior MAIMONIDAE est explicatio, quam ABARBENELIS, qui suam denique expro- mens mentem, SCHECHINAM desinit ממו הראשון ממנו העלול הרוחני והאשית ברוחני כי הוא התחלת דרכו וראשית ברוחני caufatum illum primum, ab ipso Deo bened. productum, quia hic est initium viarum ejus, ac principium creaturarum ejus. Rursusque, post re- jectam MAIMONID. juxta ac R. MOS. NACHMANIDIS senten- tiam, denovo inculcat ממנו הראשון ממנו העלול אותו שכונה אחרו העלול הכאצל ממנו. יתברך ראשונה ולהיותו מכלל הנמצאים וראשית לכולם בקש משה השנה ונמנעה ממנו בעוד בחיים חיותו כמו שאמר כי לא יראני האדם וחי verum SCHECHINAM vocarunt sapien- tes nostri majores felicit recordationis, illum ipsum factum seu ef- fectum, emanantem ab ipso Deo bened. primum. Et quia est ex ordine Entium, reliquorumque omnium principium, ejus Moses quaesivit apprehensionem: qua denegabatur ipsi, quam- diu adhuc inter viuos ipse viveret: prout dicebat ei Dominus: certe non videbit me ullus homo, dum vivit. *Quae dubium non est, quin ex vetustissima Judaeorum Theologia hauserit ABARBE- NEL, in qua quae de Filio Dei, ex Prov. VIII, 22. sqq. recte trade- bantur, ipse occaecata & impura mente sua non est assecutus, cum Bileami asina hic elocutus, quae non intelligebat.**

Cum enim Judaei veteres, Christo Servatori, visibiliter in terris versanti supparet, horumque majores, tres in Sacrosancta Deitate *ἰπocῶτα* discrete agnoverint & venerati sint, quod alias fuisse probatur, ultimo demum loco quaeritur: quenam sanctissime Tri- nitatis persona, nomine שכונה ש ipsis fuerit designata? Vbi quidem, de

loc. cit.

in Nizzachon
a. 189.

cit. loc. lin. 49.
sqq.

lia. 53. sq.

de Filio Dei *ἕως ἄνωγας* id nominis predicari, nullum relinquit dubium testimonia illa, que angelum, ductorem Israelis per desertum, efferunt voce שכניה. *Vnus instar omnium sit mihi testis R. BE-CHAḤ, qui in hanc sententiam edisserit:* כִּי הִשְׁכִּינָה עִמָּהֶם בְּכָל הַגְּלוּיֹת וְעַל זֶה נֹאמַר וַיִּסַּע מִלֶּאךָ הָאֱלֹהִים שְׁתִּיתָה יִשְׁוֹעַת הַיָּם עַל יָדוֹ וְהוּא שֶׁנֶּאמַר עָלָיו כִּי שָׁמַי בְּקִרְבּוֹ וְהוּא אֲרוֹן חֹלֵי אֶרֶץ שְׁהִזְכִּיר דָּוִד וְאָמַר מִלִּפְנֵי אֲרוֹן חֹלֵי אֶרֶץ מִלִּפְנֵי אֱלֹהֵי יַעֲקֹב: *Nam SCHECHINA cum illis, in omnibus exiliis fuit, propterea dicitur de ea: profectus est angelus Dei Exod. XIV, 19. Per quem salus maris ipsis facta est: de eo quoque dicitur: nomen meum est in medio ejus c. XXIII, 21. Is est Dominus tremefaciens terram, de quo David loquitur: coram Domino tremefaciens terram, coram Deo Jacobi, Ps. CXIV, 7. Angelum autem illum faciei Domini, qui Israelitas antegressus, ex Aegypto, & per desertum duxit, Filium Dei fuisse, Theologi nosstrates passim & ad oculum demonstratum dederunt, e quibus nunc nominasse sufficiat JOH GERHARDVM. Et parum quidem dubii de eo superest. Verum etiam Spiritum S. שכניה appellatum fuisse, R. ELIAS LEVITA haud gravatim largitur, & argumentis confirmat, ita scribens: קָרְאוּ רִזְל לְרוּחַ הַקֹּדֶשׁ שְׁכִינָה עַל שֶׁבֶן שְׁוֹאָה שָׁבַן עַל הַנְּבִיאִים וְכֵן וְתַחֲוֵי רוּחַ יַעֲקֹב פִּרְשׁ רַשִׁי שְׁרַתָּה עָלָיו שְׁכִינָה: Rabbini f. m. Spiritum S. SCHECHINAM vocant, eo quod quiescit super Prophetis. Vnde factum, ut quod in Hebræo textu Gen. XLV, 27. de Jacobo dicitur: revixit Spiritus Jacobi, SAL. JARCHI interpretatus sit: habitavit super eo SCHECHINA. Et recte quidem ad illa provocat loca, que SCHECHINAM super Prophetis quievisse testantur. Nec diffitetur heros, BVXTORFFIVS, Rabbinos quandoque שכניה & הקדש רוח promiscue usurpare; quod exemplis etiam demonstrat. Quando autem mox subjungit: alibi שכניה & הקדש רוח distinguunt; ad dubium illud, quod ex eo movet, quod שכניה in quinque illis rebus fuerit, que in posteriore templo desiderabuntur, quibus tamen רוח הקדש non annumeretur, unde sequatur, רוח הקדש in templo secundo adfuisse, absfuisse autem שכניה, nec adeo unum notare alterum; solide respondet VITRINGA, qui simul, pro Spiritu S. accipi omnino שכניה, mascule tuetur. Nec est, quod bene dictis nos adjiciamus. Id unum moneo, quando Judei SCHECHINAM perhibent incubuisse Prophetis, & vaticinandi facultatem imperuisse, Petrum Apostolum signate describere, cujus in divinis Personæ*

Comment. in
 Leg. fol. 86.
 col. 2.

in Exeg. Loc.
 III. de SS. Tri-
 nitat, myster.
 §. 136. fqq.
 in Meturge-
 man fol. 154.
 col. 1.

Lexic. Tar-
 gum. h. v. p.
 2396.

c. 1 §. 4. pag.
 156. f.

2. Ep. I. 22. *sonæ id opus fuerit, testantem, quod ἔπ'δ' κενόματος ἀγίης Φερόμενοι
ἐλάλησαν οἱ ἀγιοὶ θεῶ ἀνθρώποι.* Non hic me fugit discrimen, quod
inter רוח הקודש & inter הנהגות הטהורות constituant Magistri, alibi fu-
sus a me expositum, sed nostræ sententiæ id nihil adversatur.

*Supereſt, ut quid CABBALISTIS notet SCHECHINA, quam
in ſuperiorem, quæ illis כונה vocatur, prudentia, & in inferio-
rem, quæ dicitur מלכות regnum diſpeſcunt, ediſſeram: ſed vaga
illa ſunt, ac pro ingenio auctorum incerta, & ab Illuſtri Kabbalæ
Denudatæ Auctore enucleate tradita & congeſta, ut his immorari
merito ſuperſedeam: maxime cum Epistoſe modum dudum ex-
ceſſerim.*

hac voc. p. 711

75. 1q.

*Vela itaque contraho, littusque legens, Deum veneror immor-
talem, quod Tibi quoque, Doctissime ac Pereximie Greeni, ma-
gna cum assiduitate sacris literis operam navanti, sua præsto esse
כונה, eaque studia Tua juvare, novis indies incrementis augere,
& ad istud, quod tenes, doctrinæ culmen provehere dignatus est.
Exerit enim in Te sese Venerandi Avi Tui, Parentisque virtus,
quorum ut ille in illustri specula positus, aulam Dresdensem ingenti
cum laude per plures annos docuit, hic vero divino beneficio ad-
huc superstes, doctrina, qua pollet eximia, consiliis, vigiliis, labori-
busque strenue ecclesiam juvat, ita Tu utriusque vestigia non mino-
ri alacritate premis, pluribusque datis speciminibus, quantum orbi
erudito virum pollicearis, demonstras. Jamque exemplum coram
videre mihi videor illius, quod olim Venuſinus Poëta cecinit:*

Fortes creantur fortibus, & bonis:

Est in juvenis, est in equis patrum

Virtus: nec imbellem feroces

Progenerant aquilæ columbam:

*quoties Te, pulcherrimis ausibus ad avitum paternumque decus
grassantem, nec lento gradu procedere, sed plenis cursibus festinare,
animadverto. Macæ virtute ista & contentione animi, quæ ad sum-
ma quævis aditum Tibi pandit! macæ pietate sincera & ἀντιπροσέτιω,
quam non ad pompam & spectaculum, sed ad veritatis diuinæ nor-
mam, recteque factorum conscientiam exigis atque componis! hanc
Tibi mentem præpotens servet Numen, Tuisque clementissime an-
nuat captis, & pro immensa benignitate sua eo Te propediem con-
stituat loco, in quo industrie, doctrinæque in Academiis collectæ,
ubertim explicare quæ as fructus, in ecclesiæ commodum, Tuorum
solatium, Tuumque ipsius emolumentum. Ita Deus Te servet.*

✠ (o) ✠

Fd 6020 II

(2)

ULB Halle

3


003 772 209



7A 90C

WMA 2015







בשש
יהוה שוכן בערפל

45

DEVM CALIGINIS
INCOLAM

EX
PHILOLOGIA ET ANTIQVITATE
SACRA
PIE MEDITATVR

ET
DISPV TATIONE PVBLICA

IN
AVDITORIO PAVLINO
D. I. OCTOBRIS A. M DCC XXIII.
PRAESIDE

D. IO. GOTTLOB CARPZOVIO
S. THEOL. EXTR. ET LINGVAE S. ORD. P. P.
AC AD AEDEM THOM. ARCHIDIAC.

CONTEMPLANDVM PROPONIT
AVCTOR RESPONDENS

M. CHRISTIANVS SIGISMVNDVS

Green.

LIPSIAE
LITERIS TITIANIS.